


SANCTI  
PETRI CHRYSOLOGI  
ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS  
SERMONES.

EDITIO OMNIUM CERTE CASTIGATIOR,  
ET AUCTIONIOR.

Accesserunt enim Sermones ex Divo AUGUSTINO, &  
ex LUCA D. ACHERIS, & Notæ Editoris,

*In quibus MMS. Codicum Collationes, selectiora quaedam  
ex Observationibus*

DOMINICI MITÆ, Variæ Lectiones LATINI LATINI, nec non  
castigationes MEURSII comprehenduntur.



VENETIIS,  
Apud THOMAM BETTINELLI.

Anno Jubilæi MDCCL.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



REGIÆ CELSITUDINI  
**VICTORIS AMADEI**  
SABAUDIÆ DUCIS

**SEBASTIANUS PAULI**  
Congregationis Matris Dei.



*Um paucis ab hinc annis ab Augustissimo  
Regiæ Celsitudinis Tuae Parente, Rege opti-  
mo, & invictissimo, perhumaniter accersitus, splendidissi-  
mam*



IN NOVAM HANC EDITIONEM

# D. PETRI CHRYSOLOGI.

SEBASTIANI PAULI

Congregationis Matris Dei

## P R Æ F A T I O.



Sancti Petri Ravennatis Archiepiscopi, cui ob auream dicendi facundiam, Chrysologi nomen adhaerit, Sermones, quos vocant, duobus superioribus saeculis, Ecclesiasticis Tractatoribus, Verbiq; Dei Praeconibus deliciarum loco fuisse, neminem arbitror esse, quem lateat. Fuitur hoc frequentes editiones, quae, nec vel unius anni interpedine prodierunt Moguntiae, Coloniae, Parisiis, Veneriis, & alibi: ita ut Ty. pographis illorum temporum praecipua cura fuisse videretur, in edendis Chrysologi Sermonibus, sibi invicem manus eripere, & lucri occasionem antevertere. Nostra vero aetate, in qua bona despiciuntur, & quae

meliora sunt, aegre tamen probantur, minoris cenferi ceperunt; caufantibus nonnullis, enervem in eo esse eloquentiam: fluxam dicendi vim: orationem frigidiusculis sententiis plus aequo confersam, & licet brevem, diffusam tamen: & in qua, si non vividam, solidum tamen ingenium desideres: stylum compressiorem, unde ei quandoque obscuritas emergit: & in quo facilitas naturalis, nec facta puritas non semel frustra requiratur.

Fateor omnia haec non falso, nec ingratis asseri. Equioris vero animi in Chrysologum argumentum esset, mitius secum egisse: & horum criminum nonnulla in Ravennatum, Graecorumque, apud eos degentium, mores refandere: qui cum corporis, tam ingenti viribus eneruatis, firmiorem eloquentiam aspernati, huiusmodi tantum verborum lenociniis afficiebantur. Sapientis autem sacrique Oratoris praecipuum munus est, sese vulgi auribus accommodare, ut Populus veritatem audiat, nil petiti faciens, si ea autem, vel scitilibus, luteisque vasculis propinetur: Quam profecto curam, solertiamque merito laudat in Divo Basilio Gregorius Nyssenus sub initium suae in Hexameron explicationis ad Petrum Fratrem: eaque praeter omnibus aliis Sanctis Patribus abunde elucet in Divo Chrysolomo, qui suae orationis mensuram auditorum aures esse arbitratus, ut de eo Ferrarius de Concion. Lib. II. pag. 244. se ad illorum captum, & utilitatem accommodabat. Enim vero, sicorum plerique ab puriori, ac elegantiori recedentes sermone, demissiori quandoque oratione uti sunt; non tamen sine consilio torius literaturae elegantiaeque expertes censendi. Quadam enim affectatione, vulgarem sermonem sapius praeferebant cultiori, ut ad eorum captum, quos Christianae religionis praecipis imbuere volebant, orationes suas componerent. Propterea non continuo abiciendi, si qui eorum aliqua negligentiae laebe apparent insperat; maxime si quid in se contineant ad nostri instituti, nostraeque religionis momenta firmanda, sive ad mores instituendos: cum praesentim illorum studium fuerit, ut iis tantummodo placerent, quos iuvare susceperant.

Ea autem omnia, ut unde paulum recesserat, redeat oratio, quae in Divo Chryologo redarguantur, non esse huiusmodi, fidenter dicam, quae alias tantum habitum opus nostro teneriori palato sordescere faciant. Ponderosiora sunt, quae in eo commendari queunt. In iis merito recensendus est frequens ille Sacrarum Scripturarum usus: quo Divini oris verba ad omnia, quae vult, non violentis interpretationibus extorquet, sed veluti sponte fluentibus accommodat. Continua item sermonis elegantia, audientium animos dulce cadentium verborum sono, venustisque dictionis floribus permulcens, & alliciens: jucunda item oratio, quibusdam commatibus, & validis affectibus, tragicis quandoque verbis expressis: ea demum quae styli candore, & dicendi affluentia tunc temporis Auctori nostro Chrysologi nomen obtinuit. Scilicet haec aetate, haec potissimum erant in moribus: iisque adhaeserat Audientium genius: ut optime norunt ii, quorum manibus Scriptores huic nostro coevi terantur.

Sermones quos edimus, ut plurimum, circa Sacram Scripturam versantur: cujus sensus nescires an majori gratia & lepore, quam puritate explanaverit. Literalens primum exhibet, inde allegoricum: quem saepius moralis quaedam consideratio, vel sacrae ethices praecipiam subsequitur: nec fastidiosa sunt prolixitate graves, sed pro temporum usu infra, vel haud integre horae spatio coerciti, quos etiam, ne tedium Auditoribus gignerent, dividebat in plures: ut evenit in Sermonibus de Symbolo: & id vel in fine unius, vel in principio alterius praemonebat, ut in fine Serm. XXII. *Differamus hodie*: quod & alibi legas. Dubium si eos eodem, vel in diversis diebus pronunciaverit. Sed licet videatur suscepisse Populum semel in die convocasse ad concionem, in Serm. XXII., & XXIII. innuere videtur, id egisse eadem die: nam horum postremum incipit: *Audistis hodie &c.* quod non semel occurrit. Frequens etiam in

METROPOLI ECCLESIASTICA  
RAVENNATENSIS

Ad ambrosianam perveniret Editio, cum diligentia &  
cura Cl. V. Pauli Mariae Paschini Clerici Regularis Dilecti  
Istis hac Ravenna Venetias exiit ad meas manus per  
venit. Hanc hic addere pro coronide horum Prolegomeno-  
rum, nec editor ingratum, nec lectoribus injucun-  
dam fore, speratus sum. Vale.

**MANTISSA**  
AD PROLEGOMENA  
S. PETRI CHRYSOLOGI,  
S E U  
**DISSERTATIO**  
D E  
METROPOLI ECCLESIASTICA  
RAVENNATENSIS.





SANCTI  
PETRI CHRYSOLOGI  
SERMONES.

SERMO PRIMUS.



ODIE nobis Dominus patrem cum filiis duobus vocavit, & produxit in medium: ut immensum sue pietatis indicium, \* Levam Judice gentis invidiam, reditum supplicem populi Christiani, \* pulchram penderet per figuram. *Ita*  
*loc. xv. no quidam habuit duos filios, & dicit adolescens*  
*ex illis patris Pater, da mihi portionem sub-*  
*stantia, qua me contigit. Et divisit, inquit, il-*  
*lis substantiam. Quantum pius pater, tantum*  
*heres impariens: qui patris fatigatur \* ad vi-*  
*tam, qui patris, quia tempus adinere \* nos po-*  
*test, nititur auferre substantiam; hic ipsam*  
*prerogativam filii meruit non habere, qui ea*  
*que patris erant, noluit possidere cum patre.*  
*Sed quæramus que res filium rapuit hos ad*  
*ausus, ad petitionem tantam fiduciam que leva-*  
*rit. Quæ res illa scilicet, qua celestem patrem*  
*sciebat nullo claudendum sine, conclu-*  
*endum tempore nullo, nulla mortis potestate*  
*solvendum. Et ideo capit vivendi libertate*  
*S. Petri Chryf.*

gaudere, qui ditari noluerat \* facultatibus de-  
 cedentis: Denique illam fuisse hujus petitionis  
 offensam, \* genitoris largitas comprobavit. *Et*  
*divisit, inquit, illis substantiam. Perente uno, \**  
*ambobus totam substantiam mox divisit: ut*  
*scirent filii, quod ante tenebat pater, \* non*  
*fuisse averitur, sed amoris: providentia, non*  
*invidentia, non dedisse. Tenebat pater, servare*  
*substantiam filius, non negare; & manere es*  
*pignoribus \* cupiens, non perire: Beati filii*  
*quorum tota est in patris charitate substantia.*  
*Beati, quibus manet tota in obsequio patris,*  
*in patris cultura possessio. Caterum facultates \**  
*unitatem scindunt, \* fraternitatem separant, co-*  
*munionem spargunt, parentum perdunt & vi-*  
*olant charitatem, sicut ex sequentibus elucescit.*  
*Pater, da mihi portionem substantia, qua me con-*  
*tingit. Et divisit, inquit, illis substantiam. Et*  
*non post multos hoc dies, congregatis omnibus,*  
*adolescens filius peregre profectus est in regionem*  
*longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam,*  
*vivendo luxuriose. Et postquam consumpsisset om-*  
*nia, facta est fames valida in regione illa, &*  
*ipse cepit egere, & abiit, & adhaesit uni civium*  
*regionis illius, & misit illum in vallera suam, ut*  
*pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem sumo*  
*A de fili-*

AD SERMON. PRIMUM.

NOTA.

- 1 **P**atris indutus etc. Hoc est argumentum pietatis infolite, ut infra Auctor sem. XLIX. Nota: Formula Chrysologi familiaris. Nonnulli edidit: libent judicium.
- 2 **Populi Christiani** etc. In hac Parabola, & in his duobus filiis, duos præfigurari Populos, Judæum tempore, & Gentium doctor, etiam Dionysius Areopagita Epist. VIII. Irenæus lib. IV. adversus Hæreses cap. 70. Hieronymus Epist. XLVI. ad Damasum: Augustinus lib. 2. Quest. Evang. Quest. 33. aliique.
- 3 **Patris fatigatur** etc. Patrem vivere ægra sent.
- 4 **Adinere** etc. Codices hæcenus impressi corrupte *adire*. Latinius sic legitur: *quæ tempore, aut diu non potest, nititur auferre substantiam*. Antiquus tin. 1. lib. de Nabu. Cap. 4. pag. 308. col. 1. edit. Paris. *Naro ois sue spolia: hanc substantiam, inquit, quod sera veritatem*. Angustinus lib. 2. Quest. Evang. Quest. 29. *Avaret vultus nullum remorem esse, ut ipse solus averta possideret.*
- 5 **Ditari noluerat** etc. Alia editio: *ditari noluerat*. In eam 325. Vallællanum: Edit. Colon. & Bonon. Sensus est: qui ut ditaret noluit expectare mortem patris.

- 6 **Offensam**. Hoc est interpretum rationem, qui filius in hac petitione unum est. *Mis.*
- 7 **Perente uno** etc. Opinantur nonnulli Christiani hic responisse ad morem, si non Judæorum, saltem Antiquorum Gentium: peros qui filii, hanc æ pubertatem amiserant, hanc patrimonio patris experire poterant, ut quædam facerent. At finter quis nosse) Patrem filio hereditatem libere utendam dedisse, nulla licet lege vel consuetudine obstricant.
- 8 **Quod ante tenebat pater** etc. Dissensu Chrysologi ab usque exortantibus Prolegam, non bona patris, sed æternæ hereditatis partem postulare. Vide Du-Hamelium hic.
- 9 **Pignorum** etc. Figura pro filiis passim apud melioris ævi Scriptores. Tertullianus etiam de Idololatr. Cap. XII. Cyprianus de morte filiorum Job: Post figuram suorum.
- 10 **Facultates**. Dicit omnes possessiones humanas ad necessitatem vite facientes, sicut in hunc locum Chrysologi Gaspar Bartholæus Adversus. lib. XI. Cap. 3. Column. 127. Ibi que videtur Graudentium ad Geronimum, & Venetianum Fortun. lib. XI. Vide etiam Lactantium de Just. lib. V. Cap. 19.
- 11 **Unitatem scindunt**. Legimus etiam Chrysologum serm. CLXXI. ibique notari.

S. PETRI CHRYSOLOGII  
SERMONES VII.  
DE ORATIONE DOMINICA.

**A P P E N D I X**  
S E R M O N U M  
**D. PETRI CHRYSOLOGII.**

Huic editioni nunc primum addita.